



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetii, 1562

Vnitati necessaria sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Vnitas triplex.

Prima est intellectuum per fidei identitatem. Secunda est unitas affectuum per perfectam, & concordem uoluntatem. De his duabus loquitur Paulus ad Philippen Philip. 2. Idem sapiatis, ad primam, eandem charitatem habentes, ad secundam. Tertia est unitas conuersationis per uniformem morum honestatem. Psal. Deus qui habitare facis Psal. 67. unius moris in domo. De his tribus Act. Multitudinis credentium erat Act. 4. cor unum, quod ad unitatem fidei, & anima una, quod ad unitatem uoluntatis, & erant illis omnia communia quod ad unitatem morum.

*Vnitati necessaria sunt
quinque.*

Primum est humilitas, ne talter alter alter se preponat, quae est causa discordiae. Prou. Inter superbos Rugula Pro. 31. semper iurgia sunt. Secundum est mansuetudo, ne alicui iniuriā faciat, quod est causa dissentionis. Tit. Osten Tit. 3. dentes mansuetudinem ad omnes ho-

T

CHRISTIANA

mines. Tertium est patientia, ut iniarias illatas patienter sustineat, & per patientiam fratres reuocat ad concordiam.

I. Te. 5. Tessa. Patientes estote ad omnes, uidete ne quis malum pro malo reddat, sed semper quid bonum est se-

et amini inuicem & in omnes. Quartum est ut mores graues socrorum superponret. Gall. Alter alterius onera portantes &c. Quintum est charitas, per quam sibi inuicem seruant. Mutua seruitia nutritiva sunt charitatis.

Gall. 6.

Veritas triplex.

COrdis, oris, & operis. Cordis, ut illa loquatur & agathomo, sicut habet in corde, non contra conscientiam, non contra mentem; sunt enim qui ueritatem habent in corde, sed uolunt eam profiteri ore, aut propter erubescientiam, aut timore, aut amore, quod quidem

Zach. 18 peccatum est. Zach. loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo.

August. Et P. Augustinus. Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem occulat, iram dei super se prouocat. Oris, ut uera loquatur, & uera sint quae loquitur. Sunt enim aliqui qui ueritatem habent in ore, sed non